



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 3. Rogerius Rex Siciliæ Schismaticus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

pli; sed cuncti conatus in Oriente esse. Sæcul. XII.
et caruerunt.

A.C. 1130.

§. III.

Rogerius Rex Siciliæ, Schismaticus.

At vero in Italia Anacletum Papam recepit Rogerius Dux Calabriæ. Nam isto anno millesimo centesimo trigesimo Anacletus Beneventum & inde Avellinum profectus, pacta cum hoc Duce init, *Chron. Caff.* *IV.c. Chron.* *Benev. &* sororem suam in conjugium tradidit & *Dipl.ap.Bæ-* Regis Siciliæ titulum concessit, addita *ron.* licentia, qua se ab Archiepiscopis illius provinciæ, assistantibus aliis Episcopis, coronari curaret. Principatum quoque Capuanum & Dynastiam Neapolitanam addidit, ipsiusque precibus dedit, ut Archiepiscopo Panormitano tres in Sicilia Episcopos, videlicet Syracusanum, Argentinum & Mazarensem seu Catanensem consecrandi jus esset. His autem adjecta est conditio, ut Rogerius homagium præstaret Papæ & singulis annis sex centos *Scyphatos* (Nummi erant aurei scyphi formam referentes) penderet. Bulla vi- gesima septima Septembbris anno millesimo centesimo trigesimo data, primum omnium est monumentum, quo Sicilia Regni Titulum sibi competere probare *Baron. hic,* potest. Quibus illud non placet, quod Jus Legationis, Monarchia Siciliæ di. *Sup. lib.* Qum, ab Urbano II. Papa concessum fue. *LXIV. §.*

T t 5 rit, 55.

*Cang. Gloss.**Baron. hic,**Sup. lib.**LXIV. §.*

Sæcul. XII.
A.C. 1130.

rit, originem Regni ad hanc Anacleti An-
tipapæ concessionem referunt. Cete-
rum Anacletus hoc eodem anno in Sici-
liam misit Cardinalem *de Comitibus*, qui
Rogerio Panormi in Natali Domini Coro-
nam Regiam imposuit.

§. IV.

S. Hugonis Gratianopolitani extrema.

Ernold. vit. S. Bernard. lib. 8. c. 1. c. 5. 1. April. to. 9. p. 44. At Innocentius quoque sibi ipsi non de-
erat, sed missis nunciis Ecclesiam Gal-
licanam omnia, quæ aëta erant, edo-
vit. S. Hugo cuit, Episcoposque monuit, ut Schisma
damnarent, tumque ipse in Franciam
comigravit. Priusquam vero adve-
nisset Papa, S. Hugo Episcopus Gratia-
nopolitanus cum aliis Episcopis Anicium
se contulit, quamvis variis corporis infir-
mitatibus & gravi aëtate premeretur,
quippe ad annum vitæ circiter septua-
simum octavum pervenerat. Is cum
certissime sciret, Petrum Leonis non ex
vitæ merito, sed familiæ suæ potentia &
vi fuisse electum, nullam rationem ha-
bens amicitiæ & obsequiorum, olim a Pe-
tro & parente ejus sibi exhibitorum, soli
Justitiæ & Ecclesiæ emolumento inten-
tus, eumdem in illo Concilio, consentien-
tibus ceteris Episcopis, tanquam Schis-
maticum excommunicavit. Quæ cen-
sura contra Anacletum ob maximam, qua
Hugo